

Beilagen

zur

Geschichte der Kreuzzüge.

Siebentes Buch.

THE HISTORY OF THE

REIGN OF

CHARLES THE FIRST

BY

JOHN BURNET

OF THE UNIVERSITY OF OXFORD

IN TWO VOLUMES

VOLUME THE SECOND

OXFORD

PRINTED BY J. STURGEON

IN THE YEAR 1724

BY

JOHN BURNET

OF THE UNIVERSITY OF OXFORD

IN TWO VOLUMES

VOLUME THE SECOND

OXFORD

PRINTED BY J. STURGEON

IN THE YEAR 1724

BY

JOHN BURNET

OF THE UNIVERSITY OF OXFORD

I.

(Zu S. 102.)

Verordnungen des Königs Philipp August zu Gunsten
der Kreuzfahrer im Jahre 1214.

(Ordonnances des Rois de France T. I. p. 31—34.)

1.

Philippus Dei gratia Francorum R. universis amicis et fidelibus suis Baronibus et aliis, ad quos presentes litere pervenerint, salutem et dilectionem.

Noveritis quod universi cruce signati, et omnis clerus, qui ad colloquium convenerant, inter nos, et dilectum et fidelem nostrum J. Regem Anglie, intuitu Dei requisierunt, absque violentia aliqua, et absque distractione (distractione) aliqua, tum summi Pontificis, tum cleri, tum alicuius alterius, quod nos ad auxilium terre Jerosolymitane quadragesimam partem reddituum nostrorum unius anni mitteremus. Et nos predicto modo absque consuetudine et distractione aliqua et absque violentia aliqua in posterum requirendis, intuitu Dei eis hoc concessimus, ita tamen quod consilio nostro et Regis Anglie et Baronum nostrorum et suorum predictam quadragesimam partem ibi mitteremus, ad auxilium terre Jerosolymitane, ubi melius judicaverimus expedire.

Nos vero predicto modo concessimus cruce signatis, et eis qui infra instantem Nativitatem Domini signum

crucis acceperint, quod ipsi hominibus nostris, quibus debent, dabunt securitatem competentem incontinenti, quod ipsi omnes redditus terrarum suarum, post instantem Purificationem B. Marie integre et sine contradictione nomine solutionis percipient, cum assensu dominorum, de quibus terre et feoda movent. Et supradicti cruce signati, et qui signati erunt, usque ad instantem Nativitatem Domini, sicut supra diximus, integre omnes redditus suos percipient usque ad instantem Purificationem. In (id) est quod nos intuitu Dei et amore nostri rogamus et sine violentia aliqua requirimus.

2.

Stabilimentum Crucesignatorum.

Philippus D. g. F. R. amicis et fidelibus suis Baronibus et aliis, ad quos presentes litere pervenerint, salutem et dilectionem. Noveritis quod nos per dilectos et fideles P. Parisiensem et G. Silvanectensem Episcopos, ex assensu Domini Legati fecimus diligenter inquiri, qualiter sancta Ecclesia consuevit defendere cruce signatos, et ipsorum cruce signatorum libertates, qui facta inquisitione pro bono pacis, inter regnum et sacerdotium usque ad instans Concilium Romanum ista voluerunt observari.

1. Nullus cruce signatus burgensis vel rusticus, sive mercator fuerit, sive non, primo anno quo crucem assumpsit, tallietur, nisi tallia prius fuerit imposita quam crucem assumeret. Quod si primo anno imposita fuerit, immunis erit secundo anno, nisi aliquid accipiat pro exercitu. Tunc autem talliam esse impositam intelligimus, quando denuntiatur est alicui, vel domui suae, quantum debeat solvere seu ponere in tallia.

2. Quia vero constat de consuetudine hactenus observata in regno Franciae, quod cruce signati debeant exercitum, nisi per speciale privilegium Domini Regis sint exempti, dicimus quod in exercitum quilibet cruce signatus de supradictis ire tenetur, sive ante citationem, sive post, si tamen debeat exercitum.

3. Et si Rex viderit expedire quod villa mittat in exercitum et servientes potius quam illi, qui sunt de villa, vadant, poterit Rex accipere pro exercitu de cruce signatis competenter, sed habebunt de cetero electionem cruce signati eundi in exercitum, si voluerint, vel ponendi portionem suam in prisia, pro redemptione exercitus facta. Et si gravati fuerint de prisia ad diocesani Episcopum, vel ejus officialem habebunt recursum.

4. Si vero cruce signatus habeat possessiones, quae debeant talliam, reddet talliam ac si non esset cruce signatus, et si neget possessiones debere talliam, probetur coram diocesano Episcopo, vel ejus officiali.

5. De cruce signatis manentibus in communis dicimus, quod si a communia aliquid accipiat propter exercitum Regis, vel clausuram villae, vel defensionem villae ab inimicis obsessae, vel communiae debitum factum et juratum reddi, antequam crucem assumerent, partem suam ponent in prisia, sicut et alii non cruce signati. De debito vero creato a communia post crucis assumptionem, immunis erit cruce signatus usque ad praesentem motam, et quamdiu erit in peregrinatione.

6. Si Baillivi Domini Regis aliquem cruce signatum deprehenderint ad praesens forefactum pro quo debeat membris mutilari vel vitam amittere, secundum consuetudinem curiae saecularis, Ecclesia non defendet eum vel res ejus. In aliis autem levioribus et minoribus forefactis,

pro quibus non debeat membris mutilari vel vitam amittere, non debet Baillivus corpus cruce signati vel res ejus capere vel captum detinere, immo reddat absolute ipsum et res suas Ecclesiae requirenti, pro jure faciendo.

7. Si autem in foro Ecclesiae convictus fuerit de tali forefacto, pro quo debeat juxta judicis saecularis consuetudinem membris mutilari, vel vitam amittere, Ecclesia nec ipsum, nec res ejus amplius defendat. De aliis convictus in foro Ecclesiae, secundum consuetudinem villae, emendet laeso.

8. Quod si Dominus Rex alicui burgo vel civitati vel castello concesserit immunitatem exercitus, si petat Rex aliquid de eis pro exercitu, cruce signati primo anno nihil ponent.

9. De feodis autem et censivis respondeat cruce signatus coram domino feodi vel censivae. Et si gravati fuerint, recurrent ad Episcopum, vel ejus officialem.

10. Si vero cruce signatus conveniat quemquam Christianum, super debito, vel mobili, vel injuria corporali sibi illata, vel conveniatur a Christianis super praemissis, electionem habet conveniendi eum sub judice saeculari, vel ecclesiastico, sub quo maluerit.

11. Nullus cruce signatus tenetur respondere in foro saeculari sed in ecclesiastico, exceptis feodis et censivis, de quibus litigabunt coram dominis feodorum et censivarum, de possessione, quam pacifice tenuerint per diem et annum, donec perfecerit peregrinationem.

12. Si autem super negotio cruce signatorum aliquae novae dubitationes emeruerint, ad duos praedictos Episcopos recurratur.

13. Ista pro bono pacis per totum domanium Domini Regis de cruce signatis pro terra Jerosolymitana

usque ad Concilium volumus observari, salvis jure et consuetudinibus sanctae Ecclesiae, et similiter salvis jure et consuetudinibus regni Franciae et auctoritate sacrosanctae Romanae Ecclesiae per omnia salva. Actum Parisius anno Domini MCCXIV mense Martio.

II.

(Zu S. 111.)

Privilegien der Kreuzfahrer nach den Beschlüssen der allgemeinen Kirchenversammlung im Lateran *).

(Mansi Concilia T. XXII. p. 1057 sq.)

Ad liberandam terram sanctam de manibus impiorum ardenti desiderio aspirantes, de prudentum virorum consilio, qui plene noverant circumstantias temporum et locorum, sacro approbante Concilio, diffinimus: ut ita cruce signati se praeparent, quod in Calendas Junii sequentis post proximum, omnes qui disposuerunt transire per mare, convenient in regnum Siciliae: alii sicut oportuerit et decuerit, apud Brundisium, et alii apud Mesaniam, et partes utrobique vicinas: ubi et nos personaliter, Domino annuente, disposuimus tunc adesse, quatenus nostro consilio et auxilio exercitus Christianus salubriter ordinetur, cum benedictione Divina et Apostolica profecturus. Ad eundem quoque terminum se studeant praeparare, qui proposuerunt per terram proficisci: significaturi hoc interim nobis, ut eis ad consilium et auxilium legatum idoneum de nostro latere concedamus. Sacerdotes autem et alii clerici, qui fuerint in exercitu Chri-

*) In diesen Beschlüssen des Conciliums von Lateran sind die Privilegien der Kreuzfahrer am vollständigsten enthalten; und auf diesen Beschlüssen beruhten alle spätere Verordnungen, welche in Beziehung auf die Kreuzfahrten erlassen wurden.

stiano, tam subditi quam praelati, orationi et exhortationi diligenter insistant: docentes eos verbo pariter et exemplo, ut timorem et amorem semper habeant Divinum ante oculos, ne quid dicant aut faciant, quod Divinam majestatem offendant. Et si aliquando lapsi fuerint in peccatum, per veram poenitentiam mox resurgant, gerentes humilitatem cordis et corporis, et tam in victu, quam in vestitu mediocritatem servantes, dissensiones et aemulationes omnino vitando, rancore et livore a se penitus relegatis: ut sic spiritualibus et materialibus armis muniti, adversus hostes fidei securius praelientur; non de sua praesumentes potentia, sed de Divina virtute sperantes.

Ipsis autem clericis indulgemus, ut beneficia sua integra percipiant per triennium, ac si essent in ecclesiis residentes, et si necesse fuerit, ea per idem tempus pignori valeant obligare.

Ne igitur hoc sanctum propositum impediri vel retardari contingat, universis ecclesiarum praelatis dictrictè praecipimus, ut singuli per loca sua illos, qui signum crucis disposuerunt resumere, ac tam ipsos, quam alios cruce signatos, et quos adhuc signare contigerit, ad reddendum vota sua Domino diligenter moneant et inducant, et, si necesse fuerit, per excommunicationis in personas, et interdicti sententias in terras eorum, omni tergiversatione cessante, compellant: illis dumtaxat exceptis, quibus tale impedimentum occurrerit, propter quod, secundum sedis apostolicae providentiam, votum eorum commutari debeat merito vel differri.

Ad haec, nequid in negotio Jesu Christi de contingentibus omittatur: volumus et mandamus ut patriarchae, archiepiscopi, episcopi, abbates, et alii, qui curam obtinent animarum, studiose proponant sibi commissis ver-

bum crucis, obsecrantes per Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, unum solum verum aeternum Deum, reges, duces, principes, marchiones, comites, et barones, aliosque magnates, nec non communiones civitatum, villarum, oppidorum, ut qui personaliter non accesserint in subsidium terrae sanctae, competentem conferant numerum bellatorum, cum expensis ad triennium necessariis, secundum proprias facultates, in remissionem peccatorum suorum, prout in generalibus litteris est expressum, et ad majorem cautelam etiam inferius exprimetur.

Hujus remissionis volumus esse participes, non solum eos qui naves proprias exhibebunt, sed etiam illos, qui propter hoc opus naves studuerint fabricare. Renuentibus autem, si qui forte tam ingrati fuerint Domino Deo nostro, ex parte Apostolica firmiter protestentur, ut sciant se super hoc nobis in novissimo dictrecti examinis die coram tremendo iudice responsuros: prius tamen considerantes, qua conscientia, quave securitate comparere poterunt coram unigenito Dei filio Jesu Christo, cui omnia pater dedit in manus, si ei pro peccatoribus crucifixo servire renuerint in hoc negotio quasi proprie sibi proprio, cujus munere vivunt, cujus beneficio sustentantur, quinetiam cujus sanguine sunt redempti.

Ne vero in humeros hominum onera gravia et importabilia imponere videamur, quae digito nostro movere nolimus, similes illis, qui dicunt utique, sed non faciunt: ecce nos de his, quae ultra necessaria et moderatas expensas potuimus reservare, triginta millia librarum in hoc opus concedimus et donamus: praeter navigium, quod crucesignatis de Urbe, atque vicinis partibus conferimus: assignaturi nihilominus ad hoc ipsum tria millia marcarum argenti, quae apud nos de quorundam fidelium

eleemosynis remanserunt: aliis in necessitates et utilitates praedictae terrae, per manus felicitis memoriae Alberici (Alberti) Hierosolymitani patriarchae ac magistrorum templi et hospitalis fideliter distributis.

Cupientes autem alios ecclesiarum praelatos, nec non clericos universos, et in merito et in praemio habere participes et consortes: ex communi Concilii approbatione statuimus, ut omnes omnino clerici, tam subditi, quam praelati, vigesimam partem ecclesiasticorum proventuum usque ad triennium conferant in subsidium terrae sanctae, per manus eorum, qui ad hoc Apostolica fuerint providentia ordinati: quibusdam dumtaxat religiosis exceptis, ab hac praetaxatione merito eximendis, illis similiter, qui assumpto vel assumendo crucis signaculo sunt personaliter profecturi.

Nos autem, et fratres nostri sanctae Romanae ecclesiae cardinales, plenarie decimam persolvemus: sciantque se omnes ad hoc fideliter observandum per excommunicationis sententiam obligatos: ita quod illi, qui super hoc fraudem scienter commiserint, sententiam excommunicationis incurrant.

Sane quia justo iudicio, coelestis imperatoris obsequiis inhaerentes speciali decet praerogativa gaudere, cum tempus proficiscendi annum excedat in modico, cruce signati, a collectis, vel a talliis, aliisque gravaminibus sint immunes, quorum personas et bona post crucem assumptam, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus: statuentes, ut sub archiepiscoporum, episcoporum, ac omnium praelatorum ecclesiae defensione consistent: propriis nihilo minus protectoribus ad hoc specialiter deputandis, ita ut, donec de ipsorum obitu vel reditu certissime cognoscatur, integra maneant et quieta: et si quis-

quam contra praesumpserit, per censuram ecclesiasticam compescatur.

Si qui vero proficiscentium illuc ad praestandas usuras juramento tenentur adstricti: creditores eorum, ut remittant eis praestitum juramentum, et ab usurarum exactione desistant, eadem praecipimus dictiptione compelli. Quodsi quisquam creditorum eos ad solutionem coegerit usurarum: eum ad restitutionem earum simili cogi animadversione mandamus.

Judaeos vero ad remittendas usuras per saecularem compelli praecipimus potestatem: et donec illas remiserint, ab universis Christi fidelibus per excommunicationis sententiam eis omnino communio denegetur. His autem, qui Judaeis debita solvere nequeunt in praesenti, sic principes saeculares utili dilatione provideant: quod post iter arreptum, usque quo de ipsorum obitu vel reditu certissime cognoscatur, usurarum incommoda non incurrant: compulsis Judaeis proventus pignorum, quos interim ipsi perceperint, in sortem, expensis deductis necessariis, computare: cum hujusmodi beneficium non multum videatur habere dispendii, quod solutionem sic prorogat, quod debitum non absorbet. Porro ecclesiarum praelati, qui in exhibenda justitia cruce signatis et eorum familiis negligentes extiterint, sciant se graviter puniendos.

Ceterum quia cursarii et piratae nimium impediunt subsidium terrae sanctae, capiendo et exspoliando trans-euntes ad illam, et redeuntes ab ipsa: nos speciales adju-tores et fautores eorum excommunicationis vinculo inno-damus, sub interminatione anathematis inhibentes, ne quis cum eis scienter communicet aliquo venditionis vel emptionis contractu; et injungentes rectoribus civitatum et locorum suorum, ut eos ab hac iniquitate revocent et

compescant: alioquin, quia nolle perturbare perversos, nihil aliud est quam fovere, nec caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit obviare: in personas et terras eorum per ecclesiarum praelatos severitatem ecclesiasticam volumus et praecipimus exerceri.

Excommunicamus praeterea et anathematizamus illos falsos et impios Christianos, qui contra ipsum Christum et populum Christianum Saracenis arma, ferrum et lignamina deferunt galearum: eos etiam, qui galeas eis vendunt, vel naves, quique in piraticis Saracenorum navibus curam gubernationis exercent, vel in machinis aut quibuslibet aliis aliquod eis impendunt consilium vel auxilium, in dispendium terrae sanctae, ipsarum rerum suarum privatione mulctari et capientium servos fore censemus. Praecipientes ut per omnes urbes maritimas, diebus Dominicis et festivis huiusmodi sententia innovetur, et talibus gremium non aperiatur ecclesiae, nisi totum, quod ex substantia tam damnata perceperint, et tantundem de sua, in subsidium praedictae terrae transmiserunt: ut aequo iudicio, in quo deliquerint, puniantur. Quod si forte solvendo non fuerint, alias sic reatus talium castigetur, quod in poena ipsorum aliis interdicatur audacia similia praesumendi.

Prohibemus insuper omnibus Christianis, et sub anathemate interdicimus, ne in terras Saracenorum, qui partes orientales inhabitant, usque ad quadriennium transmittant aut transeant naves suas: ut per hoc volentibus transfrigare in subsidium terrae sanctae major navigii copia praeparetur, et Saracenis praedictis subtrahatur auxilium, quod eis consuevit ex hoc non modicum provenire.

Licet autem torneamenta sint in diversis conciliis sub certa poena generaliter interdicta: quia tamen hoc

tempore, crucis negotium per ea plurimum impeditur, nos illa sub poena excommunicationis firmiter prohibemus usque ad triennium exerceri.

Quia vero ad hoc negotium exequendum est permaxime necessarium, ut principes populi Christiani ad invicem pacem observent: sancta universali Synodo suadente statuimus, ut saltem per quadriennium in toto orbe Christiano servetur pax generaliter, ita quod per ecclesiarum praelatos, discordantes reducantur ad plenam pacem aut firmam treugam inviolabiliter observandam; et qui acquiescere forte contempserint, per excommunicationem in personas et interdum in terras arctissime compellantur: nisi tanta fuerit injuriarum malitia, quod ipsi tali non debeant pace gaudere. Quod si forte censuram ecclesiasticam vilipenderint, poterunt non immerito formidare, ne per auctoritatem ecclesiae, circa eos, tanquam perturbatores negotii crucifixi, saecularis potentia inducatur.

Nos igitur omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, ex illa, quam nobis, licet indignis, Deus ligandi atque solvendi contulit, potestate, omnibus qui laborem propriis personis subierint et expensis, plenam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti et ore confessi, veniam indulgemus, et in retributione justorum salutis aeternae pollicemur augmentum. Eis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis dumtaxat expensis juxta facultatem et qualitatem suam viros idoneos destinarint; et illis similiter, qui licet in alienis expensis, in propriis tamen personis accesserint, plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Hujus quoque remissionis volumus et concedimus esse participes, juxta qualitatem subsidii et devotionis affectum, omnes

qui ad subventionem ipsius terrae de bonis suis congrue ministrabunt, aut consilium et auxilium impenderint opportunum. Omnibus etiam pie proficiscentibus in hoc opere in communi universalis Synodus omnium beneficiorum suorum suffragium impartitur, ut eis digne proficiat ad salutem. Amen.

III.

Texte aus der Chronik des Abu Schamah.

1.

Jahr der Hedschrah 615.

(Zu S. 205. 206. Anmerk. 63.)

وفيها اخذ الفرنج النازلون على دمياط برج السلسلة في آخر جمادى الاول فارسل الكامل الى ابيه العادل شيخ الشيوخ صدر الدين يخبره ويستصرخ به فلما اجتمع بالعادل اخبره فدفق يده على صدره ومَرَضَ مَرَضَ الموت قلت وَأَذْكَرُ وأنا بدمشق حين بلغ الناس اخذ برج السلسلة وقد شق على من يعرفه مشقة شديدة منهم شيخنا ابو الحسن السخاوي رحمه الله ورايته يضرب يدا على يد وَيَعْظُمُ امر ذلك وسمعت الفقيه عز الدين بن عبد السلام يساله عنه فقال هو قطبا الديار وصدق رحمه الله فاني لما رايته في سنة ثمان وعشرين كما سياتي ذكره بان لي فَحْتَهُ ما اشار الشيخ اليه وذلك انه برج عال مبني في وسط النيل ودمياط بحدايه على حافة النيل من شرقيه والجزيرة بحدايه على حافة النيل من غربيه (*) وفي ناحيته سلسلتان تمتد احدهما على التل الى دمياط والاخرى على النيل الى الجزيرة (**) فنع كل سلسلة عبور المراكب من ناحيتها

(*) In der Handschrift: من غرقه.

(**) In der Handschrift beide Male: الكبيرة.

إذا أريد ذلك حين قتال العدو فهو قفل البلاد بالديار
المصرية إذا اوثقت السلسلتان على المراكب العبور عليها ومتى
لم تكن السلسلة عبرت المراكب وبلغت إلى القاهرة ومصر
والى قوص واسوان والله المستعان وفيها في جمادى الآخرة
التقى المعظم بالفرنج على القيمون فنصر عليهم وقتل منهم
مقتلة عظيمة وأسر من الداوية مائة فارس وأدخلهم القدس
منكسة أعلامهم

Weiter unten (fol. 94 B.) theilt Abu Schamah bei
demselben Jahre über den Tod des Sultans Malek al
Adel und den Sieg des Malek al Moaddhem über die
Tempelherren (vgl. S. 215. 216. Anm. 18.) noch eine
Nachricht aus der Chronik des Abu Modhaffer mit, aus
welcher wir Folgendes ausheben:

قال أبو مظفر وسبب موته انزعاجه من الخبر الذى جاء
من دمياط أن الفرنج استولوا على برج السلسلة فدى بيده
على صدره وأقام مريضاً إلى يوم الجمعة سابع جمادى الآخرة
فتوفى بعاليقين وكان المعظم قد كسر الفرنج على القيمون
خامس جمادى الآخرة

2.

Jahr der Hedschrah 616.

(Zu S. 283. Anm. 222. S. 287. Anm. 234. und S. 288. Anm. 235.)

وفيها سحر يوم الثلاثاء الخامس والعشرين من شعبان
استولى الفرنج على دمياط وكان المعظم قد جهز إليها ابن
الجرخى الناهض في خمسمائة راجل فهجموا على الخنادق
فقتل ابن الجرخى ومن كان معه وصفوا روس القنلى على
الخنادق وكانوا قد طموا الخنادق وضعف أهل دمياط
ووقع فيهم الوباء والفناء وعجز الكامل عن نصرتهم فراسلوا الفرنج

على أن يسلموا اليهم البلد ويخرجوا منه بأموالهم واجتمع الاقسا (*) واحلفوا على ذلك فركبوا في المراكب وزحفوا في البحر والبر وفتح أهل دمياط الابواب فدخلوا ورفعوا اعلامهم على السور وغدروا بأهلها ووضعوا فيهم السيف قتلاً وأسراً وباتوا تلك الليلة يفجروا بالنسا وأخذوا المنبر وكان من ابنوس والمصاحف وروس القتلى وبعثوا بها إلى الجزائر وجعلوا الجامع كنيسة وكان الشيخ أبو الحسن بن قفل بدمياط فسلمه الله تعالى منهم فسألوا عنه فقيل هذا رجل صالح من مشايخ المسلمين يأوى إليه الفقراء فما تعرضوا إليه وقد رأيتنا بعد ذلك بثغر دمياط في سنة ثمان وعشرين وستماية وهو يحكى للناس صورة ما جرى على البلد من الفرنج خذلهم الله تعالى ووقع على المسلمين كآبة عظيمة وبكى الكامل والمعظم بكاء شديداً ثم تاخرت العساكر من تلك المنزلة ثم قال الكامل للمعظم لما رأى اعلام الفرنج على دمياط قد فات ما دنح وجرى القدر بما هو كايين وما في مقامك هنا فائدة والمصلحة بان ننزل إلى الشام نشغل خواطر الفرنج ونستجلب العساكر من الشرق *


3.

(Su C. 302. Ann. 39.)

قال أبو المظفر سبط الجوزي فكتب إلى المعظم وأنا بدمشق قد جرى على دمياط ما جرى وأريد أن تحرض الناس على الجهاد فاني كشفت ضياع الشام فوجدتها الفى قرية فيها ألف وستماية املاك لأهلها وأربعماية سلطانية وكم مقدار صور هذه الأربعة من العساكر وأريد أن تخرج الدماشقة لئيبذبا عن أملاكهم فجلست بجامع دمشق وقرأت كتابه

*) القسّان: Vielleicht.

قسم نك



Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

Centimetres

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

